



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 168. Conventus Moguntinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

torem, & ad quosdam Pontifices Constanti- Sæcul. XV.  
nopolim, significans, ut si quis ea quæ in sa- A.C 1441.  
cra Synodo decreta ac definita sunt, non re-  
cepit, tanquam tyrannus & hæreticus habe-  
tur, decidatque a communione sanctæ Ecclesiæ  
Catholicae. Verum ardens hoc unionis  
tuendæ studium prospero effectu frustra-  
tum perspiciemus.

## §. CLXVIII.

*Conventus Moguntinus.*

Dum Patriarchæ Orientis ex ultimis  
terrarum Oris ad Eugenium conflu-  
bant, summi Pontificatus auctoritatem  
reverenter suscepturni, Basileenses eandem  
penitus evertere extremis conatibus la-  
borabant. Quam ob rem suos decerne-  
bant Oratores ad conventum, seu comi-  
tia, quæ Principes Germaniæ in Mense A-  
prili Moguntiæ celebranda indixerunt. Ac-  
cesserant quoque Legati ab Eugenio Papa  
missi, simulque Galliarum Rex a Frideri-  
co Cæfare ad hunc conventum venire  
rogatus suos Oratores unacum pluribus  
aliorum Principum Legatis eo ablegave-  
rat. Advenerat jam antea cum reliquis  
Basileensium Delegatis Joannes de Segovia,  
quem Felix postea Cardinalem San-  
cti Calixti nuncupaverat. Hic Princi-  
pum adventum eo consilio præstolabatur,  
ut Legati a latere munia obire posset,

S s 2      quini-

Sæcul. XV. quinimo, absente Archiepiscopo Mogun-

A.C. 1441

tino, urbem ingredi, sibique Crucem præ-  
ferri voluit. Verum his molitionibus  
protinus obsistebant Principes, ac insuper  
Præfulum nonnulli, urbisque Canonici  
eundem rogabant, ut si Ecclesiam intra-

**Aug. Patric.** ret, legationis insignia dimitteret; Ar-

**Histor.**

**Conc. Basil.** chiepiscopum enim Moguntinum, cete-

**& Flor. art.** rosque Germaniae Principes ad commu-

**117. ex tom.** nem pacem tuendam arctissimo vin-

**x3. Conc.**

**p. 1590.** culo copulatos decrevisse, nihil eorum,

quæ contendentium alterutri parti da-  
mno, aut fraudi esse possent, permettere.  
De cetero se solum Eugenium tanquam  
verum sumnum Pontificem venerari, &  
Basileensem Synodum pro legitima ha-  
bere, proin se Joanni suadere, ut usque  
ad adventum Archiepiscopi Moguntini  
domi se contineret.

### §. CLXIX.

*Conventus Moguntinus Basileensem  
Oratorem sub Legati præroga-  
tiva agnoscere obliuctatus.*

Tandem Moguntiae Archiepiscopus die  
duodecima, aut forte decima tertia  
Februarii comitante eum Trevirensi Ar-  
chiepiscopo Moguntiam delatus est, quor-  
um etiam paucis post diebus Imperato-  
ris Oratores, aliquique quam plurimi secuti-  
suere. Joannes Segoviensis, cum per  
quos.